

Testesque pacti conscios facit deos,
 Non ita merenti quam rependat gratiam.
 Fallax Jason, inedia se macerans
 Jacet: doloris magnitudine obruta,
 Flumine perenni lacrymarum liquitur.
 Ex quo mariti sensit in se injuriam,
 Immota vultus, mœsta terræ lumina
 Figit: procellæ similis, aut scopulo, abnuis
 Surdis amicorum auribus solamina:
 Nisi quòd subinde colla flectens candida,
 Secreta secum exoptulat, deflens patrem,
 Patriam, penates patrios, quos prodidit,
 Virum secuta cui modò contemnitur.
 At misera tandem jam suis didicit malis,
 Quàm sit paternum suave non relinquere so- „
 Infensa natos odit: aspectu frui [lum.
 Non gaudet, illud vereor, ut ne quid novi
 Excogitet. nam cum patitur injuriam „ „
 Elatus animus, haud facile sibi temperat. „ „
 Hanc novi ego probè: trepidaq; exanimor
 Ne ferrù acutù condat in præcordia, [metu
 Ingressa furtim tectum ubi torus sternitur:
 Aut ne maritum perimat, ac sponsam simul:
 Dein majus ipsa subeat infortunium.
 Metuenda sanè est, nec facile victoriam
 Referet, in illam si quis odia exerceat.
 At cursu omisso jam reversi liberi

A 5

Non